

..... Sane quantum sit quod assistentes
 ī, intrinsecus²⁰ concipiunt, suis
 vel ipsis promere vel nobis datur
 incomparabiliter tamen plus
 ha{ur}iunt, quam quod nobis effundunt.
 Nam cum²¹ s[tudiosis]sime ac magno desiderii fervore
 sacra²² {m}editantur eloquia, non in eis scientiæ tantum ver-
 ba, sed magis compunctionis perquirunt incitamen-
 ta, quatinus per hæc exercitatus eorum animus inar-
 descat et ima deserens ad regionem cęlestis
 patrię per²³ contemplationem volet. Huiusmodi haustum /

*Auf fol. 4^r sind nur noch einzelne Wörter, vornehmlich an den Zeilenen-
 den, zu lesen.*

fol. 4^v

sed divinitas quę c{arn}e{m} ex qua nasceretur^c creav[it], tamen ut
 humillimum ceptę cooperationis exc{ipe}retur officium, eadem dili-
 gentia, qua exhortata fuerat filium, ministros nichilominus instruere
 curat ad obediendum. Scio, quia magistrę ac signifereę vestrę insignia
 vos utpote discipulas frequenter audire delectat, ipsius enim laudes ve-
 strę sunt exhortationes. Quocirca nec me laboris²⁴ piget, cui utinam
 hæc ipsa de qua loquimur efficaciam prestat.

VII. De virgine quadam, a virgine virginum sanata.

c) nascerer *Hs.*

20) *Gregorius Magnus, Moralia in Iob, MIGNE PL 76, Sp. 197: intrinsecus concipitur. Vgl. Marcus ADRIAEN (CC 143A, 1979) S. 1075.*

21) *Iohannes Diaconus, Vita Gregorii Magni I 17, MIGNE PL 75, Sp. 70A: Cumque studiosissime cum magno fervore desiderii duce Gregorio sacra eloquia scrutaretur, non in eis verba scientiæ, sed fletum compunctionis inquirebat, quatenus per hæc incitata mens eius inardesceret et ima deserens ad contemplationem patriæ coelestis pervolaret.*

22) *Evagrius, Vita Antonii abbatis c. 16, MIGNE PL 73, Sp. 139A: sacra scripturarum eloquia meditantur.*

23) *Gregorius Magnus, Moralia in Iob XXXI 45,91 (39,25), ed. Marcus ADRIAEN (CC 143B, 1985) S. 1613 Z. 115: per contemplationem volat.*

24) *Augustin, De civitate dei I 9, ed. Bernardus DOMBART et Alfonsus KALB 1 (1981) S. 14: vel cum laboris piget.*